



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

9 Sarraceni nomen quam habuerit originem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

rit, cuius gratia pecuniae mox reddenda ostentationis causa commodantur. Quo in sensu vulgo illic legebatur, dicit gratia nempe ut pecuniae fuerint numeratae ad divitias ostentandas, & ut quis diues appareat, quemadmodum Accursius, Bartolus, & alij sensere, quamvis eadem displicuerit Alciat. quilibet. 4. dis. cap. 15. legit, dantis gratia, & à vulgo recepta lectione discedit, quia negat ditem in singulari numero pro diuite Latine accipi. Quia in re Ioannes Coralius lib. Misel. c. 8. & Stephan. Forcatulus in Necromanis iuris Dialogo 7. ab Alciat. dissentiunt pluribus auctoribus ad id citatis, Sed & Liuius lib. 6. de ad. 3. inquit, libertatem imparem diti, ac pauperi. Tibullus lib. 2. eleg. 5.

*illa sepe gregis ditis placitura magistro.
Ad iuuenem festa est veta puella die.*

Ceterum Coralius proverbiale hanc locutionem apud Caium eo modo interpretatur, ut pecunia detur non animo contrahendi mutuum, licet numerationem creditor facere simulauerit, qui tradebat: sed eo consilio, ut qui accipit non ea vatur, nisi ad Pompam vel ostentationem, nempe ut possit dici eum diuitem esse, cui interpretationi suffragatur Vlpian. in l. si ego pecuniam. vers. idem est. ff. si cert. petat. atque ideo ipse Coralius admittere, & probare videtur potius lectionem istam, dicit gratia, quam eam, quae communis est vel quae ab Alciat. recipitur. Sic & Taurellius, & Antonius Augustinus, dicit gratia, apud Caium legendum esse vere, & proprie existimantur. Forcatulus autem opinatur, dicit gratia, intelligendum esse ad publicam & manifesta demonstrationem ex Apuleo in li. de philosophia, qui de republica Platonis, & hanc quidem scribit, ut figmentum aliquod veritatis, exempli causa, per se compositam vult esse Rempublicam. Sed & alia optima quidem, & satis iusta, & ipsa quidem specie, & dicit causa ciuitatis fabricata, non ut iuperior sine euidencia. dicit causa pro eo, quod est cum euidencia, interpretatur. Ego vero apud Apuleum causa dicit ciuitatis, id est, opulenta, beata & felix intelligo, ut magis conueniat auctori sensus hic & interpretatio. Itidem Plinius ad idem adducitur. lib. 28. cap. 2. si pontifici accidat dicit causa epulanti, id est publice, & pro populo epulanti. Ipse rursus, & in hoc loco apud Plinium Pontificem dicit, id est Plutonis causa epulanti libentissime intelligerem. Quamuis Laelius Taurellius & P. Victorius apud Plinium dicit causa legendum esse plane opinetur. Nos id incertum esse censemus. Origo autem huius proverbi non potest alia expeditur, ni fallor, reddi quam ex Ciceronis oratione deducitur, ut dicere possit se emisse, & ideo dicit causa veteres intellexere, cum quid fide & simulare, aut causa seruandi veteres ritus potius factum fuerit, quam ex vero animo, atque ex causa necessaria, ut dici possit factum fuisse, nec tamen vere, aut ex animo, aut aliqua ex causa necessaria factum sit. Cui equidem interpretationi mirè conuenit ad originem locutionis inuestigandam, quod ex Flavio Sospitro lib. 1. grammatica institutionum. P. Victorius tradit in d. ca. 24. cum enim is author doceret, quaedam nomina vnius tantum casus esse, exempla quoque eorum proferret, in illis etiam dicit posuit. Simili sane proverbio Modestinus Graece usus est in l. 2. ff. qui po. tu. & in l. seire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tutor inquit tenim dicitur xpi d'pooi d' x'p'ov. Quae Latine sic transtulit Ant. Augustinus. Suffici tamen intra tempus saltem adesse, & si postea inuitus causam omiserit, non erit, praescriptioni obnoxius. Vnde si defunctorie adit solum neque permaneat ad allegandum, post tempus in praescriptionem incidit. Defunctorie adesse est eo animo adesse, ut leui eo sistendi se actu, ansam se excusandi habeat, & ut dicere possit se adfuisse. Sic & in d. 2. etenim mater expellitur à legitima filii hereditate, tanquam indigna ex eius bonis legitimam portionem consequi, cui tutorem quare neglexerit, neque solum si non petat, sed & si quem petat defunctorie petat, utpote eum qui se post exculare. Defunctorie petere dixit Modestinus. ex Anto. August. interpretatione, & Graece dicitur x'p'ov. Si leui petitione mater tutorem petierit, ut petendi munere defungeretur, & dicit causa, ut possit dicere se petisse. Ex Vlpiano in l. non solum. ff. ad S. C. Tertul. & §. si mater. eadem l. 2. & ex Lyrica. C. qui numero tut. se excuset. Budæo in Lexempto. §. emptorem. ff. de actionib. empti. Quo in loco ex latinis auctoribus docet, quid defunctorie dici factum aut defunctorie, quando sit languide, & remisse non acri intentione, non ex animi promptitudine, sed quouis modo ea tantum gratia ne inculetur obrem neglectam. Tradit & ex

Graecis eodem sensu accipi, dicitur d'pooi d' x'p'ov. Idem repetit diligentius in commentariis linguae Graecae pag. 247. ex editione Alciatiana. His accedit ut Victorius adnotat locus insignis apud Dionem lib. 37. ubi de iudicio C. Rabinii perduellionis res agit. Priscum siquidem morem ibidem exponit, vsque ad eum diem seruatum, dicitur d'pooi. Quae verba Leonicus sanctitatis causa interpretatur. Cum eadem ratione sint interpretanda apud Dionem, qua dicitur causa apud alios auctores, & haec eadem apud Modestinum, ut intelligamus morem ac ritum illum veterem adhuc seruari, non quod sit necessarius, aut utilis, sed religionis ergo, exactam caeremoniarum modo iustitiam obseruationem. Dicit equidem gratia, ut dici possit veteres ritus, etiam absque villa utilitate vel necessitate seruari non alia ratione, quam ut superstitione seruatur. Quae ratione Latine Modestini interpres ante Anton. Augustin. egregie fallitur, dum in dicta leg. 2. dicitur x'p'ov. Latine dixit pietatis gratia, nullo, aut saltem ineptissimo sensu. Sicut & in Pandectis Holoandri prauitatis gratia, falso itidem legitur. Quod idem Anton. Augustinus diligentissime probat, & constat ex Graeco Modestini tractatu, lib. 1. excusationum. & in Pandectis Florentinis. l. 2. tit. qui petant tuto. Eodem probe labitur errore Bulgarus, aut quisquis is est, qui Modestini tractatum de excusationibus tutorem barbare nobis interpretatus est, in l. seire oportet. §. sufficit. cum illius locutionis dicitur d'pooi x'p'ov, interpretationem omiserit, quae Modestinus videtur lib. 4. excusationum. quod apparet ex eisdem Florentinis Pandectis, tit. de excusationibus tutor. cap. 13. ex quibus, quae de mo haectenus quod ipse sciam, in vnum congesti locum, satis lector poterit intelligere, quis fuerit apud veteres auctores sensus germanus, ac verus huius proverbi. Dicit gratia. Quo & Iurifconsulti vsi fuere, & simili prope modo Graeci auctores dicitur x'p'ov, & dicitur d'pooi. Dionysius Alicarnas. dicitur x'p'ov τὴν κηρὴν ἡμῶν χρεῖται φιλῶτατος ἰουδαίου, τὴν γὰρ ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς.

Hoc ad nostram vsque aetatem Romani obseruant dicit causa aut gratia caeremoniarum. Rursus idem auctor lib. 4. de rege sacrorum scribit, nomen eius sacrum censerit, & obseruari dicitur τὸν ὄμιον. Obseruanda in qua religio causa. Euripides in Iphigenia Taurica, sacrificium quoddam commemorat, in quo sanguis effunditur, ut vera hominis immolatio videatur caeremoniarum tantum obseruandarum gratia, gladio in hominem imminenti:

ὁμοῦ τὸν ὄμιον ἡμῶν χρεῖται φιλῶτατος ἰουδαίου, τὴν γὰρ ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς.

Extat & apud Dionem libro 57. locus profecto elegans, ubi de consulibus, qui à Caesare Tiberio eligebantur, & à populo Romano ad repraesentandam antiquam eligendi magistratus libertatem nominabantur, inquit: τὸν ὄμιον ὄμιον, ὅτι οὗτος ὄμιον, ἡ ἰουδαίου φιλῶτατος, καὶ τὸν ὄμιον. Idem Dion lib. 15. in Drusilla morte, eadem loquutione non ineleganter vtitur.

CAPVT IX.

SVMMARIVM.

Quam originem hoc nomen, Sarracenus, habuerit: & unde Arabi dicitur rime Sarraceni, ad interpretationem regia Partiarum Legi.

Inter eas leges, quas prudentissimus Rex Alfonso, huius nominis decimus opera doctissimorum virorum ex veteribus Iurifconsultorum responsis, Caesarum relictis, iuris Pontificii canonibus, ac decretis, edere in publicam regni Castellani, cui praerat, utilitatem diligentissime curauit, opere septem partito, & vulgari lingua seruata Castellani idiomatis maiestate, promulgato, extat lex l. 1. tit. 2. part. 7. quae probat Sarracenos dictos fuisse à Sara vxore Iibera Abrahæ, quamuis ibi non Sara, sed ab Agar ancillae originem duxerint. haec quum aliquando legissem, ut ingenue fateor, existimaui absque aliquo idoneo auctore scripta fuisse, quippe qui viderem, peruersam admodum esse hanc huius nominis rationem Ceterum Sarracenos ab Agar originem habuisse: eiusque genti primum auctorem fuisse Iismaelem Agar ex Abraham filium, & ab eo Arabes, qui à Sarraceni generis exordium ducere, testis est Ioseph. lib. 1. antiq. ca. 20. Idè tradit Eusebius in Chronico sub temporibus Abrahæ, & eos appellari, ac dici scribit Agarenos & Ismacelitas.

itas, Diuus Hieronymus ad Dardanum, Agarenorum meminit, quos inquit, nunc Sarracenos vocat. Sed & Sarracenos meminit Socrates lib. 4. *hystor. eccles. cap. 36.* quos eadem historiam tractantes appellant Ismaelitas Theodorus lib. 4. *cap. 23.* Sozomenus lib. 6. *ca. 38.* ut plane hinc constat, Sarracenos dictos fuisse Agarenos & Ismaelitas ex eo, quod originem duxerint ab Ismaele, & Agar. Addit Iosephus mortis apud eos fuisse, anno ætatis decimotertio circumcidi, quia & Ismael eo anno ætatis fuerit circuncisus. De ratione nominis eodem chronico Eusebii Matthæus Palmertius Florentinus hæc scribit: Mahometus magnus se æterni Dei prophetam dicens, multos Alia, atque Africa populos comouit, quos noua religione imbuens, Sarracenos ex Dei præcepto vocari dicebat à Sara legitima vxore Abraham quæ legitimis diuini promissionis successores. Hæc Palmertius, Diuus Hieronymus ante ipsum illud *Esai. cap. 21.* expulicans, auferetor omnis gloria Cedar: inquit, Ismaelitas debere intelligi Liber generationis docet ex Ismaele & Cedar, Agarenos, qui peruerso nomine Sarraceni vocantur esse gentis. Sozomenus in *d. lib. 6. cap. 37.* hæc diligentius, & aperius tractat. Porro, inquit, Sarracenorū gens primū cognominē ab Ismaele accepto, qui Abraham filius fuit, Ismael nomine ab antiquis de primi eorū parentis appellatione vocati sunt. Ut autem maculam illegitimi ortus, & seruitutis notā (serua enim fuit mater illius Agar) à se amolirentur, Sarracenos serpsos nominarunt. perinde atque à Sara Abraham contigite stirpem ducerent. Caterum seriem generis inde trahentes eodem cum Iudæis viuendi more vtuntur. Nam circumcissionem ita vt illi colunt, & à suillis carnis abstinere, multaque præterea illorum instituta seruant. Quod si non ex omni parte iuxta illorum ritus viuunt, aut tempore id adscribendum est, aut finitiorum populorum, qui de eis immiscuere confusio. Quæ quidem verba ferme repetit Nicephorus lib. 11. *eccl. hyst. cap. 47.* Diuus Hieronymus super Ezechielem *ca. 25.* Agarenos, inquit, & Ismaelitas, qui nunc Sarraceni appellantur, assumentes sibi falso nomē Saræ, quod scilicet de ingenua & domina videantur esse generati. Quo fit, vt & Partitarum lex auctores habeat non contemnendæ autoritatis ad probandam Sarracenorū originem, nominisque rationem. De origine verò nimis controuersam, at de nominis ratione illud fortassis rem dubiam facit, quod si à Sara dicerentur, Sarani, non Sarraceni dicendi forent. Deinde Plinius lib. 6. *cap. 28.* Sarracenorū gentem inter Arabes connumerat, & scribit Stephanus de vrbibus Græcus auctor, & is maximæ fidei, Sarracenos dictos fuisse à Saraco vrbe Arabiæ. Idem commemorat Paulus Æmilius lib. 7. *de Francorum hyst.* Quod magis arridet. Nam & Saracæ vrbes in Arabia meminit Ptolomæus lib. 6. *Geographia. c. 7.* & Amianus Marcellinus lib. 23. ita scribit, & in Alia Albanos, mare rubrum, & Scenitas Arabas, quos Sarracenos posteritas appellauit, His addere libet Maranos & Maranitas. Arabas esse Diodoro Siculo, lib. 4. & Straboni, lib. 6. Erasmus super epistolam Hieronymi ad Chomatium scribit, Diuum Hieronymum in Hebraicis questionibus significare Sarracenos ab Ismaele ortos, dictos à Sarram, quod Hebraica lingua sonat onagram. Qua in re vir aliqui diligentissimus, vel memoriæ lapsus, vel nimis festina Diui Hieronymi lectione prorsus hallucinatur, cum à Hieronymo nihil de dictione Sarram scriptum fuerit. Ita enim scribit, Ismael interpretatur exauditio Dei. Hic erit, inquit scriptura, rufus homo: manus eius super omnes, & manus omnium super eum & contra faciem patrem suorum habitabit, pro rufico scriptum est in Hebræo. Phere, quod interpretatur onager. Significat autem semen eius habitaturū in eremo, id est, Sarracenos vagos incertisque sedibus, qui vniuersas gētes, quibus desertum ex latere iungitur, incurant, & impugnantur ab omnibus. Hæc Hieronymus.

CAPVT X.

SYMMARIVM.

Quæ fuerit apud veteres Cretionum solennitas ex Vlpiano, & aliis auctoribus.

Crepulosum nimis Cretionum solennitate sublata esse ab Imperatoribus Theodosio & Valentiniano, constat ex *ca. 17. Cod. de iure delib.* Quæ vero fuerit Cretionum hæc solennitas, Vlpianus Iurisc. egregie tractat in *inst. tit. qui heredi. inst. possint.* Ex testimonio viri summe docti Francisci

Duare. *li. 2. disp. c. 41.* Nam Vlpiani institutiones nondū nobis licuit videre ante primam huius operis editionem: nam postea Vlpiani fragmenta sæpe legimus, Cretio, inquit Vlpianus, est certorū dierum spatium, quod datur instituto hæredi ad deliberandū, vtrum expediat ei adire hereditatem, necne. Velut, Titius hæres esto. Cernitoque diebus centum proximis, quibus, scieris poterisque, nisi ita creueris, ex heres esto. Cernere est verba Cretionis dicere, ad hunc modū: Cum me Mauius hæredē instituerit, eam hereditatem adeo, cernoque. Sine cretione hæres institutus, si confiterit, nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate & amplius eam adire non potest. Cum cretione verò heres institutus, sicut cernendo fit hæres, ita non aliter excluditur, quam si intra diem cretionis nō creuerit. Ideoque etiā si confiterit, nolle se heredem esse, tamen si superint dies cretionis penitentia actus cernendo hæres fieri potest. Cretio autem vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, in qua adiciuntur hæc verba: quibus scieri, poterisque. Continua, in qua non adiciuntur. Et qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur, quibus sciat, se heredem esse, & potuit cernere. Ei vero, qui continuam habet cretionem, etiā illi dies computantur quibus ignorauit, se heredem institutū, aut sciuit quidē, sed non potuit cernere. Hæres aut instituti dicitur, aut substituti: instituti, qui primo gradu scripti sunt: substituti, qui secundo gradu, vel sequentibus heredes scripti sunt. Velut, Titius hæres esto, cernitoque in diebus proximis centum, quibus scieris, poterisque, nisi ita creueris, ex hæres esto, tunc Mauius hæres esto, cernitoque in diebus, & reliqua. Hæc sunt Vlpiani verba. Quibus mire conueniunt quæ Isidorus lib. 5. *Etymol. scribit, cap. 24.* Cretio, inquit, est certus dierum numerus, in quo institutus heres aut adit hereditatem, aut finito tempore Cretionis excluditur, nec liberum illi est, vltra capiendā hereditatis. Cretio appellata est, quasi decreto, id est, decernere & constituit, vt puta, ille hæres mihi esto, additurque, cernito intra dies tot. A deundarum autem hereditatum centesimus statutus erat dies, quibus non est Cretio addita. Hæc Isidorus, cuius loci meminit Andr. Alcina *lib. 3. disson. capit. 7.* Hæc ratione veteres cernere hereditatem dicebant, pro adire hereditatem, auctore Felto Pompeio. Cicero in oratione de lege Agraria in Rullum. Quam hereditatem, iam creuimus. idem *lib. 9. epistol. famil. epist. 14.* ad Dolabellam. A te autem peto, vt me hæc quasi fallam hereditatem alienæ gloriæ finas cernere. Vtitur & alibi sæpe eadem dictione Cicero, quemadmodum tradidere Budeus *tit. de origine iuris.* & Alciat. in *d. c. 7.* Duarenus autem apud Ciceronem *li. 1. de oratore* ita legit: De his credo rebus, inquit Craffus, vt in cretionibus scribi solet, de quibus scieris, poteroque, tamen si vulgo legatur in conditionibus. Sic & apud Plinium *lib. 2. cap. 21.* vbi de Syderibus agens ita scribit, An crescerent, mouerenturque, cælo in hereditate cunctis relicto, si quisquam qui rationem eam caperet, inuentus esset. Pinitianus legendum censet, qui cretionem eam caperet, expuncta vulgata lectione. Sed & apud Varronem *lib. 6. de lingua Latina* locus extat hæc de re atrocem in modum laniatus, genuino tamen candori restitutus ex Plauto, cura & diligentia Petri Victorii, *lib. 7. variar. lect. cap. 1.* apud Plautū inquit Varro in Cistellaria, vbi legitur, Cum antehac te amavi, & mihi amicam esse creui, mea Gymnasium, valet constitui. Itaque hæres cum constituit se heredem esse, dicitur cernere, & cum id fecerit, creuisse. Hæc Varro, qui & *lib. 5.* ita inquit, cerno dictum à creuo, id est, à creando, creuo. ab eo quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc fines capillorum descripti, quod finis videtur discrimen & qui id testamento, id est, facito videant deesse heredem. Itaque in cretione adhiberi iubet testes, Verum & hic locus à memine quod sciam, animaduersus, non minorē dilaniationem patitur. Ipse quidem ita legerē. Hinc fines capillorū discreti, quod finis videtur discrimē. Et qui in testamento dixerit cernito, id est, facito videant deesse heredem. Itaque in Cretione adhiberi iubent testes.

Sed & *lib. 4. codicis Theodosiani* titulus extat primus de cretione, vel honorum possessione, & in *l. i.* inquit Impera. Theodo. & Valentinianus. Et cum legitima successio non solum in matre, verum etiam in successoribus longius constitutis, non honorum possessionis petitionem, non Cretionis solennitatem cogitur custodire, qualicumque contenta aditæ, vel adeundæ hereditatis indicio, quanto magis pater talibus